Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26379
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Venit enim iohs neq; manducans neq; bibens & dicunt de
monium habet. venit filius hominis manducans & bibens
& cetera. Sic inquit tunc ita & nunc utraq; salutis uia
respuitis. qui cum iohe lamentante & penitentiam predicante
humiliari noluerunt. & cum xpo qui cum ceteris utendo
cibo & potu letitia regni prefigurabat gaudere renuerunt.
Et iustificata est sapientia a filiis suis. Ostendit filios sa
pientie intellegere nec in abstinendo nec in mandu
cando esse iusticia si in equanimitate tolerandi inopia
& temperantia nse corrupendi phabundantia. qi regnum
di non est esca & cetera. Tunc cepit exprobrare ciuitatibus
in quib; facte sunt plurime uirtutes ei qi non egissent
penitentiam. Ideo exprobrat ciuitatib; his qi post factas
uirtutes & signa quia plurima non egerunt penitentia.
Ve tt corozaim ue tt bethsayda. Corozaim que interpratur
mysterium meum. bethsayda que domus fructuum t domus
uenatoris dicitur ciuitates sunt galylee & tyberiadis site
iuxta lacum genesareth q iordane influente efficitur &
ab euglista mare galylee & tyberiadis dicitur. Plangit
autem dns ciuitates que quonda mysterium dei tenuerunt
& uirtutum fructum gignere debuerunt in quas & spi
tales uenatores missi sunt qd post tanta miracula
deteriores gentilib; extiterunt & ingratam gratam di sper
nere nunuerunt. Quia si in tyro & sydone facte essent
uirtutes que facte sunt in uobis olim incinere & cilicio